



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

70. An residentia Episcoporum sit de jure divino, & quo pacto in illa possit  
Pontifex dispensare? Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. resol. 68. alias 66.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

### 338. Tract. III. De Potestate Episcoporum,

cisdem sacre Congregationis pro tempore existentium mutata fuerint.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod omitiens intra terminum duorum mensium professionem fidei, amitterit fructus; non tenet tamen illos restituere donec condemnetur, seu sequatur sententia declaratoria; decreum enim Concilii est penale, ac proinde etiam si pœnam ipso iure irrogaret, non oblitio doctrina regat in foro conscientiae. Ita Barbara de Communis plebe yelis c. 17. n. 24. cum Nauarr. Sanchez, & Rodriguez, qui pro hac qui bus adde Castrum Palam *tom. tract. 4. d. p. 1. punct. 19. n. 16.* licet probabilitate contrarium aferat Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 1. diff. 6. n. 9.* Azor. *tom. 2. 8. ex Ref. 56.* lobos in sum. tom. 1. tr. 1. diff. 6. n. 9. Azor. *tom. 2. 8. Ex quibus lib. 7. c. 2. q. 1. in fine. Ledesma in sum. tom. 2. tr. 1. c. 4. & alias Ref. & §§. eius post. 10. con. diff. 1. Garlas de benef. p. 3. c. 3. n. 35. Vgolini de off. Episcop. c. 10. §. 16. n. 4. Squillan. de oblig. Celic. part. 1. n. 98. Riccius *lib. 1. c. 13. n. 43.* & alij.*

3. Nota etiam quod si quis omittet professionem fidei per ignorantiam, in cogitationem, seu inadvertentiam, non peccat mortaliter, neque tenet restituere fructus in foro conscientiae, licet in foro externo fuerit condemnatus. Vnde Villalobos *obi supr. in sum. tom. 2. tr. 1. diff. 6. n. 8.* sic ait. También advierte, que el que por ignorancia invincible del Concilio dexasse de hacer la profesion de la Fe, no incurria en la pena, aunque en el fuero exterior le condonarian, por ser el derecho claro; porque como este se escusa de la culpa, tambien se escusa de la pena. Ita ille, qui citat Nauarri, Azorri, & Rodriguez, quibus ego addo Castrum Palam *obi supr. num. 17.* vbi recte infert cum Sanchez & aliis, aliquem non amittere fructus, si Procurator, cui mandatum dedid faciendo fidei professionem, non fecit ipso inscio absque culpa, quia est eadem ratio; priuatio enim fructuum est pœna, quæ arctare non potest vbi culpa non adest.

#### RESOL. LXX.

*An residentia Episcoporum sit de iure divino, & quo patro possit Pontifex in illa dispensare? Ex part. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 68. alias 66.*

Sup. hoc in  
tom. 9. tr. 2.  
Ref. 27. 8. sed  
quidquid per  
totum.

§. 1. R esidentiam non esse de iure divino docent tom. 9. tr. 2. Ref. 27. 8. sed quidquid per totum. Ambrosius Catharinus Dominicanus, Archiepiscopus Complensis in Tractatione Quæstionis, quo iure Episcoporum residentia debetur, & Thomas Campi Episcopus Feltrinus, in Tractatu de Residentia Pastorum; Idem docuit Alfonius Salmeronius ex Societate Iesu. Et hanc opinionem nouissimè ex eadem Societate docet Pater Andreas Gerunda, de Episcopatu, lib. 2. diff. 1. c. 4. n. 12. vbi sic ait: Dispensatio autem in Residentia Episcopi, licet proprium sibi vindicatura sit locum infra, nunc breuiter concordanda non est de iure Diuinis, sed de humano, nam tametsi indolubilitas radicalis ad iurisdictionem pariter aliquo pacto radicalem sequitur cum aliqua Ecclesia vagè, sit iuris diuinis, ut lib. 1. d. p. 12. cap. 12. demonstravimus; actualis tamen conexio cum hac certa Ecclesia huius Episcopi, canonici, atque humani est iuris, ad instar Matrimonij rati vinculi, immò potest à Pontifice, facilius dispensari, ut loco citato diximus, num. 11. iuxta nostram tertiam presentis capituli conclusionem, quod ubertiis infra suo loco Deo dante proflegemur. His addo ad ubiorem doctrinam, tametsi datemus iurius esse diuinum Residentiam Episcoporum, in eo tamen negamus directè Papam dispensare, sed solam indirectè, ac mediatis, mutando materiam, quatenus ex consensu, atque humana pendente voluntate, cuius mutatione facta naturale diuinumque præceptum

per se cessat: etenim residendi obligatio non resulat nisi ex feedere, ac pacto inter Episcopum, & tandem Ecclesiam, vt lib. 1. diff. 1. cap. 4. num. 15. docuimus, quod quidem cum humana voluntate contrahatur, ex hac parte mutable consendum est per superiorum voluntatem Pontificis, vt citato, n. 18. probauimus, cui sanè subordinatur Episcopus, vt supremo Pastori, superiori, atque excellentiorem in illa eadem Ecclesia potestem habent, quippe qui quando in tali dispensat Residentia, decet in ratione pro tempore illi consulendum sit Ecclesia, cuius onus, vt probat Soarius lib. 2. de legib. 14. n. 22. in se suscipit: a quo liberat Episcopum non per dispensationem in præcepto naturali diuino, sed quia non alias Episcopus pacatum, ac feedus cum sua Ecclesia init, quam dependenter à Papa neque aliam stabilitatem illud feedus habet, quæ solui non possit à Summo Pontifice, vt à num. 15. ac deinceps loco citato sè diximus. Ita Gerunda.

2. Sed ut verum fater, communis sententia Theologorum docet, Residentiam Episcoporum esse de iure diuino; & contra Catharinum scripserunt latè Franciscus Torrens, Bartholomeus Carranza, & Jacobus Naclante in Opus. de hac materia. Itaque stando in hac sententia altero, dispensationem Papæ circa Residentiam Episcoporum non esse in iure naturali præceptio per se spectato, sed in materia eius murando illud quatenus etiam pendet ex consensu, aut voluntate humana; qua mutatione facta, ipsum naturale præceptum per se cessat obligare. Declaratur hoc, quia illa obligatio residendi non insurgit, nisi mediante pacto, & vinculo inter Episcopum & Ecclesiam; hoc autem pactum, & vinculum humana voluntate contrahitur; & id est ex hac parte mutable est, saltem per potestem publicam: cap. Inter corporalia de translat. Episcop. & id est per candem relaxari potest, & consequenter etiam potest naturalis obligatio, quae ex illo nascitur, vel mutari, vel auferri. Et declaratur amplius; quia illud pactum inter proprium Episcopum, & suam Ecclesiam, ex natura rei subordinatur supremo Pastori, itavt in illo pacto includatur conditio offerendi se ministerio talis Ecclesie, & cum subordinatione ad supremum Pastorem, qui habet in illa Ecclesia excellentiorem potestem, & immediatam etiam curam. Quando autem Pontifex dispensat in Residentia, ipse statut quomodo pro tali tempore prouidendum sit tali Ecclesia, & quasi onus illius in se suscipit, & inde consequenter fit, ut propriis Episcopis liberetur personali obligatione, non per dispensationem in præcepto naturali, sed quia illo modo re vera impletum pactum cum sua Ecclesia, ex quo illa obligatio præcepti oriebatur. Vel potius impletur illa obligatio alio modo inclusa etiam in ipso pacto, prouidendo Ecclesia modo præscripto a supremo Pastore ex rationabili causa; hoc enim supponi debet, quia hec est iusta conditio, quam vinculum ipsum includit. Et hanc opinionem tenent Suarez, lib. 2. de legibus, cap. 14. num. 22. Basilius Poncius, lib. 8. de matrimon. cap. 2. num. 15. Ferd. Castro in opere moralis, part. 1. tractat. 3. diff. 1. 6. punct. 4. num. 6. ad finem. Merolla, tom. 2. disputat. 4. cap. 2. dub. 8. num. 91. & alij.

#### RESOL. LXXI.

*An Episcopi ultra tempus prescriptum à Concilio Tridentino, videlicet triuum mensium, si abiret à Diocesi per ocios, v.g. vel decem dies, peccare moralis?*

E: